UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sexagesima. Cap[itulum]. xlv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

ctoris oſtenſa narrauit. Plurima quoq; huius cyrilli extāt opuſcula fidei noſtre myſteria redolentia grato lepore luculēta. claruit aūt ſub honorio ⁊ theodoſio iuniore.

¶ De ſexageſima. Cap. xlv.

Sexageſima ſignificat tempus viduationis. Et inchoatur dominica in qua cātatur. Exurge domine. ⁊ terminat̄ in quarta feria poſt paſcha. Inſtituta eſt autem ꝓpter redemptionē: ⁊ ꝓpter ſignificationem: ⁊ ꝓpter repñtationē. Primo ꝓpter redēptionez. Quia enī Melchiades papa ⁊ ſilueſter ſtatuerūt vt bis in omni tēpe ſabbato comederet̄: ne ꝓpter abſtinentiā quā homines ſuſtinuerāt in ſexta feria in qua omni tēpore ieiunandum eſt: natura debilitaret̄. In redēptionē ergo ſabbatorū tēporis quadrageſime: vnam ſeptimanam addiderūt: ⁊ ſexageſimā vocauerūt. ¶ Secūdo ꝓpter ſignificationē: quia ſexageſima deſignat tēpus viduitatis eccleſie: quia fructus ſexageſimus viduis debet̄ ſicut ⁊ cēteſimus ꝟginib⁹: ⁊ trigeſim⁹ ꝯiugatis. Ideo ⁊ merorē illū aſſumit ꝓ abſentia ſponſi: q̄ ad celū rapt⁹ ē. In cōſolatione aūt illius ꝓ abſentia ſpōſi: dant̄ eccl'ie ale due. ſ. miſīcordie opez exercitatio: ⁊ decalogi adimpletio: q̄ inuicē mł'tiplicata cōſtituūt. lx. vn̄ ſexageſima ſonat ſecies decē: vt per ſex intelligas opera miſīcordie: ⁊ per decem decalogũ. ¶ Tertio ꝓpter repñtationē. Naz ſexageſima non ſolū tēpus viduitatis ſignificat: ſed etiam noſtre redēptionis repñtat. Nā ꝑ decē intelligit̄ homo qui eſt decima dragma: eo ꝙ factus eſt vt ruinā nouē ordinū repararet: vt ſit q̄ſi decimus ordo. ¶ Uel homo q̄tū ad creationē ſuā conſideratā habet vniuerſal'r decez potentias. Quia enī nō habet animā vegetatiuā: ſenſitiuā ⁊ intellectiuā. Uegetatiua habet potentiaz nutriendi ⁊ generādi. Et ſenſitiua habet potētiā q̄nq; ſenſuū corpis: ſcz viſus: audit⁹: guſt⁹: odoratus: ⁊ tactus. Et intellectiua habet potētiam rōnalē: cōcupiſcibilē: ⁊ iraſcibilē: que oēs ſunt decē potentie: merito creatio hoīs numero denario figurat̄. Inſuꝑ q̄tū ad redēptionē ſuam homo ſex beneficijs redēptus eſt: q̄ ſunt incarnatio verbi: ꝑegrinatio: paſſio: reſurrectio: aſcēſio: ⁊ ſpūſſancti miſſio. Et ſic ſexageſima repreſentat tp̄s nr̄e redēptionis. ¶ Protendit̄ autē ſexageſima vſq; ad feriā quartā poſt paſcha: in quo cantat̄. Uenite bn̄dicti ⁊c. q2 illi q̄ in opib⁹ miſīcordie ſe exercēt: audient illud: venite benedicti ⁊c. vt ipſe xp̄s teſtat̄: vbi tūc ianue ſpōſe aperient̄: ⁊ in amplexu ſponſi fruet̄. In ep̄l'a aūt admonet̄ ad inſtar pauli: vt tribulationē de abſentia ſponſi patiēter toleret. In euangelio vt ſeminationi bonorū operū ſemꝑ inſiſtat. Et quia quaſi deſperans clamauerat. Circūdederūt me ⁊c. Nūc quoq; rediēs ad ſe petit in officio in tribulationibus adiuuari: ⁊ ab ipſis eripi dicens. Exurge dn̄e ⁊c. Et ponit ibi triplex exurge. Quidā enī ſunt ī eccleſia qui aduerſis premunt̄: ⁊ nō deijciunt̄. quidā premunt̄ ⁊ deijciunt̄. quidā nec premunt̄ nec deijciunt̄: tamen quia aduerſa nō tolerant: periculū eſt ne ꝓſpera ipſos frangāt. Clamat ergo eccleſia vt exurgat q̄tū ad p̄mos ip̄os eripiēdo: q̄tū ad ſcd̄os vt exurgat ipſos couertendo: a quibus videtur faciem auertiſſe ip̄os quodāmodo repellendo: q̄tū ad tertios vt exurgat ip̄os in ꝓſperis adiuuādo ⁊ liberādo. ¶ Et q2 in hebdomada ſexageſime ſcd̄e etatis tp̄e recolunt̄. merito ſctōrũ patrū ſcd̄e etatis īmediate geſta ſupponuntur eo ꝙ illoꝝ obit⁹ dies certi penitus ſunt ignoti.

¶ De ſancto Noe patre. Cap. xlvi.

Noe pater vir iuſtus atq; perfectus: vt ex diuine ſcripture textu colligitur. et Eccleſiaſtici. xx. in catalogo ſanctorũ inſeritur: filius Lamech anno clxxxij. etatis patris ꝓgenitus: ⁊ ſecūde etatis pater primus annoꝝ quingentorū genuit tres filios: ſem: cham: ⁊ iaphet. Multiplicatis ergo hoībus ſuper terrā. vij. generatione trāſacta: filij dei. i. filij Seth ceperūt legis naturalis et patrum mādata p̄terire: malicia hominū excreſcente. Nam filij ſeth filiabus cayn cōtra mandatum ade ceperūt cōmiſceri. ⁊ earum fornicationibus abuti: ex quibus gygantes procreati ſunt. Mulieres etiā in veſaniā verſe ſupgreſſe viris turpē luxuriā exercebant. Maſculi inſuper in alterutrū coeūtes nephandū ſcelus ꝑpetrabant. His criminibus deus prouocatus decreuit diluuiū mittere ſuper terrā: omnēq; carnem delere: ſolo Noe cū eius familia reſuato: qui ex oībus hoībus ſolus iuſtus repertus eſt. Deditq; hoībus ſpacium penitendi. cxx. annorum. Nam annus. xx. priuſq̄ arcā inciperet: mandauit ei: vt faceret arcā de lignis leuigatis in q̄ poſſet ſaluari ſemē vniuerſe carnis ſuꝑ terram ab aquis diluuij: quod ſibi tunc deus facturum ſe eſſe p̄dixit. Cuius arce ſtructura: forma: atq; menſura in hyſtoria ſcholaſtica expꝛeſſius ponitur. Igit̄ annus. xx. poſt p̄ceptū dei cepit Noe arcam fabricare: quā in annis centū pfecit cuz filijs ſuis: in quo tēpore filijs hoīm penitētiā predicabat: ⁊ futurū diluuiū p̄dicebat. Cui⁹ ſermones hoīes irridentes ad peiora ſe facinora cōuertebant. ¶ Ergo cū noe eſſet ſexcentorū annoꝝ cum tribus filijs ſuis ⁊ vxore ſua ac tribus vxoribus filioꝝ ſuoꝝ: de mandato dei arcā ingreſſus eſt: et ex cunctis animātibus mūdis ſeptena: de animātib⁹ ꝟo immūdis bina ad ſemen conſeruandū ſuper terrā: dei voluntate ad noe ſponte venientia in arcam intromiſſa ſunt. Factaq; eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus et noctibus continue; et aque maris ad